



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 vtrum sit in omnibus habentibus gratiam gratum facientem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

nis. ergo potest esse cum peccato mortali.

SED CONTRA est, quod dicitur Sapient. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

Art. 2. huius
quæst.

Art. 2. huius
quæst. & su-
pra. q. 23. ar.
6.

1. q. 24. ar.
12.

RESPON. Dicendum, quod sapientia, quæ est donum Spiritus sancti, sicut dictum * est, facit reuertendum iudicii circa res diuinas, vel per regulas diuinas de aliis ex quadam connaturalitate, siue unione ad diuina, quæ quidem est per charitatem, ut * dictum est: & ideo sapientia, de qua loquimur, præsupponit charitatem. Charitas autem non potest esse cum peccato mortali, ut ex supra dictis patet. Unde relinquitur, quod sapientia, de qua loquimur, non potest esse cum peccato mortali.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illud intelligendum est de sapientia in rebus mundanis, siue etiam in rebus diuinis per rationes humanas, de qua sancti non gloriantur: sed eam se fatentur non habere, secundum illud Prover. 30. Sapientia hominum non est necum. Gloriantur autem de sapientia diuina, secundum illud 1. ad Corinth. 1. Facta est nobis sapientia a Deo.

AD II. dicendum, quod ratio illa procedit de cognitione diuinorum, quæ habetur per studium, & inquisitionem rationis, quæ potest haberi cum peccato mortali, non autem de illa sapientia, de qua loquimur.

AD TERTIUM dicendum, quod sapientia esse differat a charitate, tamen præsupponit eam, & ex hoc ipso diuidit inter filios perditionis, & regni.

ARTICVLVS V.

Utrum sapientia sit in omnibus habentibus gratiam.

Super quæst. quadragésimæ quintæ articulum quintum.

1. 2. q. 68. ar. 5. ad 1.

Lib. 1. c. 2. to mo 3.

Lib. 2. ca. 36.

IN articulo quinto, dubium occurrit, Quo pacto sapientie donum secundum altiore gradum spectet ad gratiam gratis datam, cum sapientie donum secundum totam latitudinem perfectionis suæ gratum faciat. Constat enim, quod sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, &c. Ac per hoc sapientie donum simpliciter gratum faciens, magis, magis gratum faciet. Gratia autem gratis data differt a gratum faciente penes gratum facere, & non gratum facere, apud auctorem in prima secunde q. 11. art. 1. ad vltimum.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod sapientia non sit in omnibus habentibus gratiam. Maius enim est sapientiam habere, quam sapientiam audire: sed solum perfectorum est sapientiam audire, secundum illud 1. ad Corinth. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Cum ergo non omnes habentes gratiam, sint perfecti, uidetur, quod multo minus omnes habentes gratiam, sapientiam habeant.

¶ 1. Præter Sapientis est ordinare, ut Philof. dicit in 1. * Meta. & lac 3. dicitur, quod est iudicans sine simulatione: sed non omnium habentium gratiam est de aliis iudicare, aut alios ordinare, sed solum prælatorum, ergo non omnium habentium gratiam est habere sapientiam.

¶ 2. Præter Sapientia datur contra stultitiam, ut Greg. dicit in * 2. Moral. sed multi habentes gratiam sunt naturaliter stulti, ut patet de amētibz baptizatis, uel qui postmodum sine peccato in amētia inciderunt, ergo non in omnibus habentibus gratiam est sapientia.

SED CONTRA est, quod quicumque qui est sine peccato mortali, diligitur a Deo, quia charitatem habet, qua Deum diligit: Deus autē diligentes se diligit, ut

F dicitur Proverb. 8. sed Sapient. 7. dicitur, quod neminem diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat: ergo in omnibus habentibus gratiam, sine peccato mortali existentibus, est sapientia.

RESPON. Dicendum, quod sapientia, de qua loquimur, sicut dictum * est, importat quandam reuertendum iudicii circa diuina, & conspicienda, & consulenda. Et quantum ad utrumque ex unione ad diuina secundum diuersos gradus aliqui sapientiam fortuantur. Quidam. n. tantum fortuantur de recto iudicio tam in contemplatione diuinorum, quam etiam in ordinatione rerum humanarum secundum diuinas regulas, quantum est necessarium ad salutem. Et hoc nulli deest sine peccato mortali existentibus per gratiam gratum facientem: quia si natura non deficiat in necessariis, multo minus gratia. Unde dicitur 1. Ioan. 2. Verbo docet uos de omnibus. Quidam autem alio modo gradu perficiunt sapientiam: donum, & quantum ad contemplationem diuinorum, in quantum. scilicet. quædam mysteria & cognoscunt, & aliis manifesta repositunt, & etiam quantum ad directionem humanorum secundum regulas diuinas, in quantum possunt secundum eas non solum se ipsos, sed etiam alios ordinare. Et iste gradus sapientie non est communis omnibus habentibus gratiam gratum facientem, sed magis pertinet ad gratias gratis datas, quas Spiritus sanctus distribuit prout uult, secundum illud 1. ad Corinth. 12. Alii datur per spiritum sermo sapientie &c.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Apof. loquitur ibi de sapientia, secundum quod se extendit ad occulta mysteria diuinorum: sicut & ibidem dicit: Loquimur de sapientia in mysterio, quæ abscondita sunt hominibus, & de eis iudicare, pertinet ad alios, tamen ordinare proprios actus, & re, pertinet ad unumquemque, ut patet in epistola ad Demophylum.

AD TERTIUM dicendum, quod ordinati, sicut & pueri, habent quidem gratiam, secundum quod est donum, sed non habent actum proprie impiorum, quod impeditur in eis uisus rationis.

ARTICVLVS VI.

Utrum septima beatitudo respondet sapientie.

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod septima beatitudo non respondet sapientie. Septima enim beatitudo est, Deus